

08  
Ge

J. o. 590.

*Fortunante CHRISTO!*

44

EXERCITATIONUM ETHICARUM

Ad Lib. II. & IX. Ethic.

Nicom. Arist.

*DECI MA*

DE

# AMICITIA,

*quam*

*PRÆSIDĒ*

**FRIDERICO CAH-**

LENO, M. & P.L.C. Gymnas. Hall.

Rector fidelissimo, Præceptore suo  
optimè merito,

*pro virili defendet*

A.D. XVI. Febr. A. O. R. cl<sup>o</sup> cIc LIX.

H. Lq; S.

**JOHANNES CHILIANUS**

**STISSE RVS,**

*Halâ Saxo.*

---

*IENÆ*

*Prælo SENGENWALDIANO.*

V I R O

Nobilissimo, Amplissimo atq; Consultissimo; ut  
Et Amplissimis, Rerumque politicarum usu  
ac prudentia Spectatissimis  
Viris,

Dn. FRIDERICO HONDORFIO,  
U. J. L. Reverendissimi ac Illustrissimi  
Dn. ADMINISTRATORIS Archi-Episc.  
Magdeburg.&c. Consiliario gravissimo,  
Inspectori Ærarii Hallensis dignissimo.

Patrono ac Promotori meo omni animi cul-  
tu etatem devenerando,

Dn. MICHAELI RINCKHAMMERO,  
Reverendiss. & Sereniss. Dn. Administra-  
tori Archi Episcopatus Magdeburgensis a  
Secretis provincialibus dignissimo.

Dn. CHRISTIANO VOCKELIO,  
Eidem Reverend. Dn. ADMINISTRATORI  
a Quæstura Sangerhusanâ fidelissimo.

Dnis. Affinibus ac Fautoribus suis per o-  
mnem etatem colendis a-  
mandis,

Has studiorum suorum primitias cen-  
confessoriam gratitudinis Tabulam.  
Et debite observantie tesseram sa-  
crae voluit, debuit

JOHANN. CHILIAN. STISSEKUS, H. S.  
Respondens.

ΕΥΡΩΠΗ ΤΟΥ ΑΙΓΑΙΟΥ ΗΓΑΝΘΑΝΑΣ. ΕΥΡΩΠΗ ΤΟΥ ΑΙΓΑΙΟΥ ΗΓΑΝΘΑΝΑΣ.

Θεῶν μεγάλοιο ἔκηπτο.

ΔΙΛΘΕΣΙC ΑΝΑΛΥΤΙΚΗ<sup>1</sup>  
LIBR. IIx. & IX.

Xposita hactenus  
Virtutis natura & spe-  
ciebus, Philosophus per-  
git ad affectionis ejus-  
dem considerationem, ni-  
mirum AMICITIÆ.  
pertractando hujus par-  
tim NATURAM, Lib.  
IIx. partim AFFECTIONES Lib. IX. Illam  
quidem partim absolute, tum in abstracto, vel  
quoad definitionem Cap. I. & objectum ac  
modum Cap. 2. vel quoad divisionem, tum se-  
cundum species Cap 3. tum secundum causas,  
qua sunt vel internæ, quoad materiam cap 4.  
tum in concreto, de amicorum vel qualitate.  
Cap. 5. vel quantitate, ac numero, Cap. 6. par-  
tim respectivè, vel quoad formam, quod alia  
in equalitate, alia in inequalitate consistat  
Cap. 7. & objectum, quinam possint esse amici

Cap 8.

IO,  
simi  
disc.  
no,  
O.  
cul-  
RO,  
tra-  
sis à  
O,  
DRI  
H.S.

Cap. 8. Vel sunt causæ externæ, tum finis, vel  
quoad societates, Cap. 9. vel quoad rerum publ.  
formas, cap. 10. & jura ipsa amicitiæ, Cap. 11.  
tum causa efficiens, cap. 12. denique quoad  
contraria, querelas scil. & offensiones in ami-  
citiâ tum æquali Cap. 13. tum in æquali Cap. 14.  
De affectionibus amicitiæ agitur Lib. IX quar-  
rum aliæ referuntur ad ejusdem causas, aliæ ad  
effectus. Ad causas, partim ratione conse-  
vationis, vel respectu internarum, vel formæ,  
quaest, tum in ἀνθρώπῳ, seu amore reci-  
proco, Cap. 1. tum in εὐχαριστίᾳ seu referenda  
gratia, cap. 2. partim ratione dissolutionis Cap. 3.  
vel materiæ, quæ consistit in φιλίῳ idque tum  
simpliciter & absolute, quoad affectiones vel  
essentiales, quæ sunt partim φιλωτία, amor  
sui ipsius, Cap. 4. partim εὔνοια, benevolentia  
Cap. 5. vel accidentales, ut est ἀρμονία seu con-  
cordia Cap. 6. tum comparatè, vel erga alios,  
Cap. 7. vel erga seipsum, Cap. 8. vel respectu  
causarum externarum, tum efficientem, par-  
tim cui quis sit amicus, Cap. 9. partim qui & quod  
debeant esse amici, cap. 10. Affection amicitiæ  
ad effectum relata est vita politica conserva-  
tio, Cap. 11.

LIB.

## LIB. IX. CAP. I.

## THESIS I.

**I**N Ethicâ rectè agitur de Amicitia.

*Expositio.*

Ponit hanc thesin Philosophus loco præfationis hoc libro, eamque aliquot rationibus statuminat. Quia 1. amicitia pertinet ad vitam practicam, ejusque usus occurrit in vita quotidiana. 2. quia virtuti est conjuncta, adeo ut à nonnullis olim virtutibus fuerit annumerata. 3. quia magna ejus utilitas est in rebus tum prosperis tum adversis, 4. quia omni vitæ generi & ætati est necessaria, divitibus, ut cum aliis opes communicare, pauperibus, ut juvari, juvenibus, ut educari, senibus, ut sublevari possint. 5. quia amicitia imago naturaliter omnibus est insita etiam brutis, imo & insensitivis. 6. quia civitates maximè conservat, unde legislatores majorem habent rationem benevolentia & amicitia, quam justitia. 7. quia est ex numero honestorum, tanquam res laudabilis & delectabilis.

CAP.

vel  
ubl.  
p. II.  
soad  
imi-  
.14.  
quar  
e ad  
ser-  
næ,  
eci-  
nda  
p. 3.  
rum  
vel  
mor  
itia  
ron-  
os,  
ctu  
par-  
uct  
itia  
va-

B.

CAP. II.  
THESIS II.

**A** Micitia est benevolentia mutua, non latens, propter unum aliquid eorum, quae sunt amabilia. Φιλία ἐστὶν ἔυνοια τῷ αὐτιπεπονθόδ μη λανθάνομεν.

Εὐθεστ.

Non hic opero in Definiti, scil. amicitia ὀνοματολογίαν inquiremus, ab aliis alias pertractatam: vestigiis potius Aristotelis insistentes definitionem ipsam lustrabimus. Genus assignat ille ἔυνοιαν seu benevolentiam, text. 7. 1 quia est illa latior. 2. ejus essentiam exprimit, nec tamen cum ea reciprocatur. in benevolentia genericē & confusè amicitia constituitur, unde hæc benevolentia consuetudine confirmata in amicitiam abire potest. Differentia petitur 1. à relatione amoris, quod sit mutua benevolentia: est enim in ea amor reciprocus, & ipsa amicitia in categoriā relationis. Hac voce distinguitur 1. à sympathia, quæ etiam inter res inanimatas esse solet, 2. ab appetitu societatis & affectu brutorum, 3. à dilectione inter bruta & homines 4. à quocunq; hominū benevolentia, quæ nō est

est reciproca. (2.) ab adjuncto quod sit benevolentia non latens, h.e. ne sit i. occulta. Nā mutua & tacita benevolentia esse potest etiam inter eos, qui se nunquam viderunt, & quorum alter alterum nescit 2. non hypocritica, juxta Machiavelli & quorundam pernitosam politicam, neq; adulatoria, qualis est inter amicos temporarios. & collares (3.) ab objecto: propter unumquodque eorum, quae sunt amabilia: prout sequens Thesis explicabit.

## CAP. III. & IV.

### THES. III.

**O**biectum amicitiae in genere  
est π̄ φιλητή, sive amabile.

### Expositio.

Quia 1. hoc ipsa vox arguit. 2. quia vir prudens & virtuosus benevolentiam suam non nisi ei, qui amore dignus est, exhibet. 3. quia amor est instrumentum vel medium amicitiae 4. quia amicitia gaudet morum similitudine, quae non potest esse sine re amabili 5. quia tota amicitia & omnes ejus species circa τα φιλητά seu amabilia occupatur, uti, per inductionem probari potest facile.

### THES.

## THES. IV.

**U**Ti objectum hoc amabile triplex est, honestum (ἀγαθὸν,) scil. jucundum, (πάρδυ) & utile, (χειροποιὸν:) ita tres etiam sunt amicitiae species, videlicet honesta, jucunda & utilis.

## Enjeos.

Sunt autem hæ species analogicae amicitiae. Perfecta enim amicitia est honesta imperfectæ vero, jucunda & utilis. Quia 1 Illa est stabilis, hæ mutabiles. 2 Illius fundamentum est virtus, harum vero tum affectus & voluptas, quoad jucundam; tum fortuna & opes, quoad utilem amicitiam. 3. Illius subjectum sunt viri boni & virtute præditi, hujus vero, voluptatis & lucri cupidi, imo etiam sæpe mali. 4. Illius objectum est honestum, hujus vero jucundum & utile, quæ mutabilia & instabilia. 5 Illa non facilè admittit injurias aut calumnias, vel amico calumnianti credit, hæ vero ad suspiciones & calumnias sunt procliviores. Ea igitur perfecta est amicitia, quæ boni viri, pari virtute præditi, inter se consociantur, dicente Casolib 8. spec. moral. c. 3. p. 509. Vid. Velsten. Exerc. Eth. d. 15. Magir. in Ethic. & alii. Dicitur ergo perfecta, i. ratiōne

tione subjecti, quia solum in viris perfectis & virtuosis reperitur. 2. Ratione principii, quia a solâ virtute proficiscitur. 3. ratione finis, quia in omnibus honestatem respicit. 4. ratione exercitii, quia singula providè examinando cavet, ne leges amicitiae violet.

## THES. V.

**A**MICITIA JUCUNDA EST, QUÂ PROPTER VOLUPTATEM QUIDAM INTER SE AMORE CONJUNGUNTUR: UTILIS EST, QUÂ PROPTER QUESTUM QUIDAM INTER SE CONJUNGUNTUR.

Exe<sup>o</sup>rc.

SORTIUNTUR APPELLATIONEM AB OBJECTO & FINE, DUMILLA VOLUPTATEM, HEC UTILITATEM SPECAT. HARUM NATURA EX THESI PATERE POTEST PRÆCEDENTE, UT & DIFFERENTIA CUM PERFECTA AMICITIA. HIC ANNOTANDUM VENIT, QUOMODO DIFFERANT INTER SE. ULTRAQUE QUIDEM INCONSTANS EST, QUIA AMABILE, SIVE SIT JUCUNDUM, SIVE UTILE, FACILI<sup>E</sup> MUTATUR: NEC FACILI<sup>E</sup> CONCURRUNT IN IISDEM SUBJECTIS. IN UTILI ENIM AMICITIA NON FACILI<sup>E</sup> EST JUCUNDITAS, VEL IN JUCUNDA UTILITAS. SIC DIFFERUNT RATIONE SUBJECTI. JUCUNDA ENIM EST INTER JUVENES, UTILIS

tilis vero intersenes, aut senili vitio sc. avaritia laborantes, licet secundariò juvenes etiam utilem colant. Porrò ratione adjungi. Jucunda est stabilior utili, propter conversationem jucundam, quam illa non habet, quippe omnia ex lucro metiens & peregrinos etiam recipiens. Utilis frequens hodiè, jucunda rarior; sed honesta rarissima, Teste Ovid. Lib. 3. de Ponto, Eleg. 3.

Cura quid expediat, prior est, quam quid sit honestum,

*Et cum fortuna statq; caditq; fides.*

*Nec facile invenies multis de millibus unum.*

*Virtutem pretium qui putet esse suis, &c.*

## C. P. V.

### THE S. VI.

**A**MICITIA ALIA EST HABITUALIS, ALIA ACTUALIS.

*Εὐθεσις.*

Potest enim amicitia inter aliquos esse habitu tantum, uti in dormientibus, & absentibus. Sed tales amici magis benevoli sunt dicendi, quam amici verè tales. Verum quidem esse deprehenditur, quod dici solet: *Μάς φίλιας ἀπεγνοεῖα δέλυσε. i.e. Multas amicitias dissolvit silentium. Firmas tam*

tamen & fideles fuisse amicitias tales quæ tam levi causa dirimuntur, merito dubitatur. Amicitia vero habitu & actu simul talis, quam nec diuturna absentia obliterat, nec corporis affectio, aut vis injuriæ impedit, ea demum est optima. Ut ergo perfecta sit, conversatio requiritur, sive fiat ore tenus sive per literas, quæ sunt mutum quasi colloquium. Potest igitur inter absentes quoq; coli amicitia, sed magis habitu, quam actu, & non æquè bene, ac inter præsentes, & coram conversantes.

### THES. VII.

**S**enes morosi, tristes ac severi non sunt apti ad amicitias colendas.

#### Endeis.

Benevolentia quidem inter senes & austeros esse potest, non autem amicitia. Quia qui amici esse volunt, debent jucundè inter se conversari: cum tristibus vero nemlibenter conversatur, quoniam natura humana jucunditatem affectat. Deinde amicitia requirit αἰλιφίλησιν, reciprocum amorem, qui in senibus & austoris plerumque desideratur. Sunt tamen & senes, quos non natura, sed sapientia fecit, horum canities

315

ties uti veneranda, ita amicitia ambienda  
est. *Cas. spec. mor. lib 8. c. 5. p. 514.*

## CAP. VI.

### THE S. IIX.

**P**Erfecta amicitia non est inter  
plures : imperfecta esse potest  
cum multis.

#### Exges.

Quia 1. in vera amicitia requiritur sum-  
mus amor, quo amicum non secus ac nos  
ipsos amamus: talis vero amor non potest  
simul esse inter plures. 2. quia amicus amico  
recte & perfecte debet placere, quod pro-  
pter ingeniorum ac morum diversitatem in-  
ter plures fieri non potest. 3. Quia per-  
fecta amicitia tantum est inter bonos : hi  
vero rari admodum, & vix sunt totidem, quot  
*Thebarum portae, vel divitis ostia Nili. Juvenal.*

4. quia requiritur per diuturnum tempus  
diligens & accurata amici exploratio. Mul-  
ti enim salis modij, monente *Plutarcho*, sunt  
absumendi cum eo, qui cum amicitiam  
velis contrahere: Id quod itidem cum multis  
factu est difficile. 5. Qui apericuloso est mul-  
tis consiliis, comunicare, uni vero fidelitatu,

& 6.

& 6. Relatio est inter amicum & amantē, qui tantum sunt duo. E. inter duos maximē est perfecta & stabilis amicitia. Amici vero in jucunda & utili amicitia plures esse possunt, quia multi simul jucundi & utiles esse eidem possunt.

## CAP.VII.

### THE S. IX.

**A** Micitia vele est equalis vel in-equalis.

#### Expositus.

Illa est, qua plures dignitate, moribus etate aequales, boni alienij causa, se mutuo amore prosequuntur. De hujus variâ distinctione in Moralem & Legitimā, & huius in strictam & liberalem, alii tradunt Ethici ut *Vestrenius in Exercit. Eth. Donaldson. in Synops. Eth. l. 2. c. 8. Magirus in Eth. & alii*, qui videndi. Hec est, qua plures bonis externis, dignitate, virtute aut etate inter se differentes, amore conjunguntur. v. g. inter Patrem & filium, Dominum & servum, Principem & subditos. In his enim non est aequalis amicitia, propter diversam conditionē, officium, & causas amoris diversas. Ita tamen inæqualitas ad æqualitatem redigi, & inter inæquales etiam servari amicitia.

tia potest, servata proportione geometricâ  
seu analogia dignitatis, reverentiaz, officii &  
amoris debiti præstandi & ut dignior magis  
diligatur, quàm diligat. Neque enim est  
æqualitas in amicitia talis, qualis in justitia.  
In hac enim primo æstimatur dignitas se-  
cundum proportionem, deinde fit commu-  
tatio secundum æqualitatem: in amicitia  
vero primo spectatur æqualitas amantiū;  
postea utrique tribuitur, quod debetur se-  
cundum dignitatem. Unde æqualitas in  
justitia est ultimum, in amicitia vero primū.  
Imò quò arctiori necessitudinis ac societatis  
vinculo quidam sunt conjuncti, eo firmior  
horum debet esse amicitia, qualis est Con-  
jugum, parentum, fratum, cognatorum, &c.  
quæ tum naturalis, tum civilis amicitia dici  
solet, pro diversitate sc. societatum Politica-  
rum. Unde etiam Aristoteli *Φιλίαν* ὑ-  
*περὶ Χρήστην*, amicitia secundum excellentiam,  
quia est inter impares, quorum alter alte-  
rum dignitate aut virtute vel alia re superat.

## CAP. IV.

### THE S X.

**P**restabilius est, magisque de na-  
turâ amicitia, amare, quàm a-  
mari.

Ex Æst.

## Expositus.

Sicut magis convenit amicitiae juxta Aristotelem *hoc cap* amari, quam honorari eò quod illud propter se, hoc propter aliud. scil. virtutis opinionem expetatur, licet ambitiosi quidam malint amari, adeoque & honorari, quam amare: Ita præstat in amicitia amare, quam amari, quod probatur 1. ab exemplo matrum, quia magis delectantur in amore subolis activo, quam passivo, 2. à proprio virtutis, cuius excellētia major est in agendo, ut amare, quam patiendo, ut amari. 3. ab effectu, plus laudis tribuitur iis, qui amant, quam qui amantur. 4. à subjecto, actus amandi competit dignioribus, ut parentibus, Patronis & benefactoribus; passio verò, sive non amari, inferioribus & indignioribus.

## CAP. IX.

## THE S. XI.

**M**agna est affinitas amicitiae cum justitia, Et amicitia quoq; est quedam communio ac societas.

## Expositus.

Quia 1. utraque est inter eos, qui aliqua societate inter se sunt conjuncti. 2. Utraque est

est ad alios, quos in societate aliqua con-  
junctos; appellamus amicos. 3. quia ami-  
corum omnia sunt communia, scil. honestè  
communicabilia, quamvis communiones  
variae sint, & aliis plura, aliis pauciora com-  
municari soleant: sicut & justa non sunt o-  
mnibus eadem. 4. quò major est amicitia,  
eò major quoque est justitia. 5. Sicut omnes  
societates, ita & ea, quæ est in amicitia, ad  
politican ultimo refertur, tanquam ad bo-  
num universale. Quot ergò sunt societa-  
tum vincula, tot etiam sunt amicitiarum ge-  
nera, in quibus si jūs violatur, gravior in-  
juria infertur.

## CAP. X.

## THE S. XII.

**S**pecies amicitiæ inegalitatem  
magnum habent convenientiam cū  
formis rerum publicarum.

## Expositio.

A Comparatione amicitiæ cum justitiæ  
digreditur Philosophus. cap. 10. ad Speci-  
es Reipubl. cum non solum ipsa amicitia sit  
societas, sed nec ulla in civitate Societas,  
quæ non quodammodo amicitia dici possit.  
Distinguit autem prius amicitiam in Quatuor  
genus.

seu naturalem & *μολιτικην* seu civilem. Illa est, quam ipsa naturalis inclinatio hominibus conciliat. Estque tum inter cognatos, tum inter Conjuges. Cognata, Aristot. *ογενεικη* est, quæ ex sanguinis cognatione oritur, qualis est, paterna, fraterna, & cognata specialiter dicta. Paterna, quæ inter parentes & liberos ex *συργη* seu amore naturali intercedit: 2. Fraterna, quæ inter fratres aut sorores propter communem originem & educationem colitur. 3. Cognata specialiter dicta est, quam cognati & agnati propter sanguinis cognationem colunt. Conjugalis, Aristot. *γαμικη*, est, quam natura per matrimonium inter marem & fæminam conciliat, ob sobolis procreationem & mutui auxilii præstationem. Quo refertur & affinium amicitia, ex matrimoniis orta, quæ propter dote, prærogativas, ac simulationes plerumq; est lubrica & contentiosa, ut locū fecerit dictorio: **S**o viel Schwäger / so viel Knebelspiesse. Politica amicitia est, quæ ex societate orta propter civilem rerum communionem inter magistratum & subditos, dominum & servum aut similes colitur Vid. Donaldson. Synops. Eth. I. 2. c. 8.

## CAP. XI. & XII.

THES. XIII,

**A** Micitia paterna est regia, Con-  
B juga-

*jugalis aristocratica, Fraterna Ti-  
mocratica, Herilis tyrannica &c.*

*Expositus.*

Applicat hoc cap. Arist. Species Retump. ad species amicitię, dicitq; cū tres sint formæ bonæ reip. nim. *Monarchia, Aristocratiæ & Ti-  
mocratiæ* seu *politia*; totidēque oppositæ ipsis παρεκβάσεις, sive labes, nim. *Tyrannis, Oligar-  
chia & Democratia*, quo pl<sup>o</sup> justitiæ & fidei re-  
periatur in amicitiâ, eò propi⁹ etiam ad bo-  
nas formas illam accedere. Patris autem ad  
liberos amicitiam regno seu monarchiæ simi-  
lēm esse docet, quia pater est rex quidam do-  
mesticus, & liberorum suorum, sicut rex sub-  
ditorum, comodis unicè studet. Hinc & Ho-  
merus Jovem vocat Patrem Θυητῶν της Γεων πόλεως.  
*Conjugum* porrò amicitia & societas aristocra-  
ticiæ formam præ se fert, quia ut virtute præ-  
stantes imperant domui, & maritus, ut di-  
gnitate præstantior, modestè imperat uxori,  
ad commune bonum familiæ. Ethæ sunt ami-  
citiæ καὶ ὑπέροχη, seu inæquales. *Fraterna* so-  
cietas naturam habet Timocratiæ, utpote in-  
ter quos est æqualitas, excepta ætate. Domini  
cū servo vera amicitia nulla est, (sicut in nullis  
malis in societatibus, quæ uti juris, ita amici-  
tiæ parum habent:) licet sit quædā societas  
ad tyrannidem accedens, quia servus nihil si-  
bi, sed omnia hero literatur suo. Inter Domi-  
sticas,

sticos, hero destitutos, societas est *Democratisca*  
similis; illi enim omnes sunt æquales potesta-  
te, & utilitate sibi quisque maximè prospiri-  
cit, quæ est amicitia *civitatis*, seu æqualis.

332

## CAP. XIII.

### THES. XIV.

**C**ontraria amicitie sunt rixæ,  
contentiones, ingratitudo, &  
hinc ortæ querelæ, quibus ipsa sepi-  
us dissolvitur.

### Expositio.

Postquam comparatè de speciebus a-  
mitiæ egit Aristoteles, hoc cap. 13. pergit  
docendo, tum quibus causis conservari pos-  
sit amicitia æqualis, & querelæ ac offensio-  
nes amicorum evitari, si nimirum æquales æ-  
qualibus officiis & pari benevolentia ac fide  
colantur, secundum proportionem *Arithmeti-  
cam*, sive sit honesta, sive jucunda, sive utilis a-  
mititia inter pares. Inter impares verò, si  
quò quisque majora beneficia in alium con-  
tulerit, tanto majori honore ab illo vicissim  
afficiatur, secundum proportionem *Geometricam*.  
Tum quibus de causis dissolvatur amicitia:  
*Honesta* quidem amicitia difficilimè solvitur,  
quia amici honesti se mutuò diligunt propter  
virtutem, quæ causa stabilis amandi, unde &  
rarius inter ipsos oriuntur rixæ & contentio-

323

nes. Est enim ut ille ait, *μία ψυχή εν δύο σώμασιν ἐνοικεῖσθαι*, una anima in duobus corporibus, ubi grata est harmonia morum ac animorum. Unde nec querelæ inter perfectos amicos audiuntur, idque ob morum similitudinem, virtutis consensum, & amoris aequalis constantiam. *In utili vero & jucunda amicitia, quia sapientius aequalitas debita violatur, nec similitudo morum sine tedium servatur, nec est consensio virtutis sine vicio, nec est constantia amoris sine levitate, fit ut sapissimè contentiones & dissolutiones oriantur.*

## CAP. XIV.

### THES. XV,

**I**N amicitia utili, ut & inaequali precipuerixarum cause sunt πλεονεξία, κομψία φιλοτιμία, avaritia & ambitio, quibus tempestivè occurrendum.

*Ἐκθετις.*

Uti nihil tam germanum ac proprium est amicitia ac aequalitas & proportio: ita nihil è contra tam est ipsi inimicum, quam nimium & parum, violataque aequitas ac proportio. Hinc oriuntur litigia, & rixæ, quando uterque amicorum sibi plus deberi putat, ac plus tribui postulat ab amico, quam tribuitur. Nam superiores virtute opinantur, sibi debe-

deberi ut præstantioribus, majorē cultū: & amici benefacientes aliis existimant, sibi ob gratitudinē plura ab amico oportere tribui: quemadmodū in societate, qui plura attulerunt, plura auferūt. Occurrit autē his poterit, si quo excellentior & præstantior est superior, eo plus honoris, observantiæ & obsequiū ipsi tribuatur: & quo indigentior inferior, & in inferior, eo plus auxilii, beneficii ac comodi exhibeatur: itemque *bene meritis de Republ.* non *opprobrium*, sed *honor & præmia debitare reddantur*. Nam servari æqualitatem in retributio-  
nione beneficiorum & officiorum est funda-  
mentum omnis amicitia & societatis civilis;  
Et si nō omnia beneficia reapse compensari  
ab inferiori possunt, reddatur tamen amor,  
honor, obsequium & gratus animus. Sicut li-  
beri parentibus, discipuli præceptoribus  
nunquam possunt æquivalens reddere.

## *LIBRI IX. CAP. I.*

### *THES. XVI.*

**I**n amicitia, quantum fieri potest,  
adhibenda est iusta beneficiorum  
compensatio.

#### *Expositio.*

Per tractata libro præcedente IIIX. Amici-  
tiae natura & variis speciebus, Aristoteles hoc  
libro IX. ejus aliquot affectiones seu proprie-

rates & adjuncta considerat. Ubi primum ad conservandam amicitiam asserit requiri debitam beneficiorum compensationem; praemittit autem duas hypotheses, primò in omni amicitia æqualitatem esse servandam, ut patet inductione omnium artificum, inter quos non servatur amicitia, nisi per æqualitatem. Secundò: In amicitia dissimili, (in quâ non propter eundem finem amat uterque amicorum, sed unus propter utilitatem, alter propter voluptatem) proportionalitas & rationis similitudo conservat amicitiam, dissimilitudo verò dissolvit. Maximè igitur beneficiorum ab amico sive ultro sive precario præstitorū servari debet compensatio, non solum eadē mensura, sed & si possis, largiore. Sive hic intercesserit stipulatio, ubi fides accipientis eo magis obstringitur: Unde qui accipiunt beneficia & non stant promissis, magis sunt detestādi, quales sunt quidā Sophistæ & Methodiæ, qui promittunt ea, quæ præstare nequeunt, pollicentes omnium rerum facilimā cognitionem, & ut in promittendo sunt temerarii, ita in præstando perfidi, attestante hic Philosopho: sive nulla intervenerit stipulatio, tūm simpliciter amico beneficiendum, quia dignus est beneficio propter virtutem & fidē.

THESES. XVII, CAP. II.

**D**iversis non sunt eadem tribuenda,

da, nec omnibus omnia, nec omnia u-  
ni, sed diversis diversa, & que pro-  
priè unicuiq; conveniunt, praestanda.

*Ex Jēos.*

Differit Aristoteles hoc cap. 2. de Ami-  
citia comparatè, cui nam maximè gratia sic  
referenda, & an omnibus eadem debeamus  
reddere officia. Consideranda igitur persona-  
rum, ac rerum conditiones & circumstantie. Sic  
major habenda ratio patris, quam benefa-  
ctoris: & diu in publicum benè meriti ma-  
gis, quam vel non diu, vel planè non meriti.  
*Attendenda hīc lex nature, honestatis & neces-  
sitatis.* Ut si Vir bon⁹ in magnâ sit constitutus  
necessitate, ille vero, à quo beneficium acce-  
peris, non item, honestius fuerit, & magis ne-  
cessarium viro bono succurrere, quam ami-  
co aut benefactori, quia non ita eget. Sic  
*Parentibus in omni re pia, honesta & legitima*  
est obsequendum, nisi scil. Deo, naturæ & pa-  
triæ corundem postulata repugnant. Sic regi-  
bus debetur subiectio & vctigal doctoribus;  
debetur pietas, & gratitudo, senioribus honor  
& reverentia, sociis & fratribus consiliorum  
& rerum in vitâ quotidiana comunitas, cœ-  
teris studia & humanitas, id quod egregiè in-  
ter alios docuit Cicero lib. 3. Offic. de gradibus  
offic. ita tamen, ut rationem conjunctionis, vir-  
tutis, necessitatis & aequitatis semper respiciamus.

THESE.

**A** Micitia semel suscepta repente non est dissolvenda.

*Expositio.*

Agitur hoc cap. de dissolutione amicitiae. Et distinguitur inter amicitiam imperfectam, cui aperte renunciari posse dicitur, jucundæ scil. & utili, si amicus in utilitate & jucunditate non respondeat: 1. quia sublatâ causâ tollitur effectus, 2. quia amicus simulando amorem dolose egisse videtur, lucrum & quæstum captans suum. Amicitia verò perfecta nō facilè aut temere dissolvenda, etiamsi 1. amicus aliquo vitio fuerit occupatus, propter spem emendationis: quæ si decollet, penitus deserritus est amicus, quia vir bonus non debet videri similis viro malo 2. etiamsi alter amicorum virtute & dignitate excellentior ac præstantior evaserit, quia licet non eadem probent, licet etiā differant gradu & perfectione, convenient tamē 1. Objeto, sc. amabili honesto, 2. medio, scil. de estable consortio, & 3. fine, sc. fideli vitæ officio, ac virtutis studio. 3. quia periculum, quod amicorum permutationem sequi solet, metuendum-

THES. XIX.

CAP. IV.

**O**fficia amicitiae oriūtare ex φιλαυτίᾳ, sive amore sui.

*Expositio.*

Quia i. amicus est quasi *Επιρροήγω*, i.e. alter ego, qui alterum non minus ac seipsum diligit, juxta tritum illud:

*Alter ego nisi sis, nec eris mihi verus Amicus;*

*Ni mihi sis ut Ego, non eris alter-ego.*

2. quia vir bonus, quæ sibi vult fieri, ea & amico præstat. 3. quia illa amicitia dicitur arctissima, ubi una mens, & unus animus, quod vel maxime verum in homine erga seipsum. Notes verò, hic intelligi *Φιλαυτίαν*, quam Arist. 2. *Magn. Moral. c. 14.* *Φιλαζαθίαν* vocat, & in justo ac moderato sui ipsius estimio consistit, quæ bona, honesta & laudabilis censenda. Non ea, quā quis Narcissi more sibi ipsum nimirum placens, sua tantum admiratur, se solum sapere credit, & se solum curat ac estimat, reliquis spretis & neglectis, quæ noxia & damnabilis. Oritur igitur vera amicitia à seipsa, i. propter occultam naturæ vim, quæ sui conservationem primùm docuit omnia animalia, maximè vero hominem. 2. ob legem rectæ rationis, quæ amorem sui cuique inculcat. 3. ob unionē animicū corpore, quæ perfectæ amicitiæ ideam vel imaginem habet. 4. ob veræ amicitiæ proprietates, quæ hominem maximè in seipsum flectunt, uti ex seqq. patebit. *Vid. Cas. lib. 9. spec. mor. c. 4.*

THESES. XX. CAP. V.

A Djuncta amicitiæ sunt i. benevolen-

*volentia. 2. Concordia. Et 3. beneficentia.* Gr. ἔυνοια 2, ὄμονοια 3, ἐυπρεπία  
Εὐθεσίς.

Ad amicitiā licet requiratur *Benevolentia*, siquidem est αἰρχὴ τῆς φιλίας, juxta Aristot. h. l. & per illam, tanquam per Genus supra cap. 2. fuit definita; nō tamen est unū idēque cum amicitia, 1. quia benevolentia est sæpè inter ignotos, amicitia verò semper inter notos. 2. illa est repétina, hæc nō leviter suscepta: 3. Illa est inter multos, hæc inter paucos. Omnis quidē amicitia est benevolentia, sed nō contra: quia hæc ad illam se habet, ut genus ad speciem. Neque benevolentia idem est cum amore. Hic enim est affectus, illa verò est quidam habitus. Quod verò benevolentia sit requisitum vel adjunctum amicitiæ inde patet, quia nemo potest esse alteri amicus, nisi eidem benè cupiat. Unde diuturna & perpetua benevolentia, si consuetudo nimis accesserit, tandem evadit amicitia. Est igitur *Benevolentia habitus quidam occultus, flectens seu inclinans hominē ad benè volendum alteri, præcipue propter virtutem.*

### THESES. XXI.

#### CAP. VI.

**C**oncordia est quoque adjunctum necessarium amicitiae.

Exjet.

## Exercit.

Inter amicos enim debet esse idem velle,  
& idem nolle *juxta Terent.* Et amici sunt quasi  
una anima in duob<sup>o</sup> corporib<sup>o</sup>. *Arist. ap. Diog.*  
*lib. 5.* Concordia nomine h. l. non intelligitur  
generaliter quivis *consensus opinionum* sive *opinio-*  
*doξias*, quæ etiam inter ignotos, imò & inimi-  
cos esse potest, præsertim in rebus speculabi-  
libus; talis enim *consensus* parum aut nihil  
facit ad amicitiam: sed *specialiter congruentia*  
*voluntatum in actionibus.* Illi enim dicuntur  
*concordes*, qui *conunctis animis & voluntatibus*  
*id agunt, & exsequuntur, de quo in consultatione*  
*consenserunt, utilitatis publicæ gratia.* Non er-  
gò mireris, raram hodiè reperiri amicitiam  
veram, in tantâ *concordia* raritate, dum  
plerique suis tantum consulentes fortunis,  
quid de salute siat aliorum parum aestimant:  
*Est autem vera concordia tantum inter bonos &*  
*virtutis amantes, 1. Quia hi secum ipsis rectè*  
*consentient, unde & cum aliis facile ipsis con-*  
*venit. Nam juxta Catonem,*

*Conveniet nulli, qui secum dissidet ipse.*

2. quia horum firma & stabilis est voluntas:  
*contra in improbis animus est fluctuans &*  
*mutabilis voluntas.* 3. quia non solum expe-  
*tunt privata commoda, sed etiam, quæ aliis*  
*sunt utilia.* 4. quia sunt sua sorte cōtenti, nec  
*infidiantur aliorū fortunis, quod faciunt improbi*

¶

331

& pessimi homines. 5. in rebus honestis & le-  
ge descriptis obsequium, præsertim superio-  
ri ac peritiori, præstant. *Improbi* verò in omni-  
bus repugnant, nulli præ fastu animi cedentes,  
quibus cum propterea impossibile est, alere con-  
cordiam.

THES. XXII.

CAP. VII.

**T**ertium amicitiae adjunctum vel  
officium est beneficentia, εὐεγνοία.

Expositus.

Non satis est, ut animo tantum bene ve-  
limus amico, aut ore bene precemur, sed o-  
portet etiam intercedere mutua beneficia,  
quibus prona illa voluntas declaretur. Nam  
*comes amicitiae* est beneficentia, qua voluntat-  
em nostram & προθυμίαν amico reapse & fa-  
ctis declaramus. Hoc verò mirum videri po-  
terat, quod Aristoteles hoc cap. 7. affirmat,  
benefactorem magis amare beneficiarium, quam  
hunc illum. 1. quia omnis artifex magis amat  
opus suum, quam opus esset amaturum arti-  
ficem, si posset. 2. quia bene mereri est hone-  
stum, beneficium verò accipere est tantum  
utile & jucundum. 3. quia amor benefactoris  
est melior, quam accipientis redamatio,  
quia ex virtute fluit; est longior, quia in men-  
te viri boni teder, est denique constantior,  
quia adversa fortunæ ictu non cadit. 4. quia  
est

331  
z le-  
rio-  
nni-  
tes,  
con-  
vel  
ia.  
ve-  
o-  
ia,  
m-  
a-  
a-  
C-  
m-  
at  
i-  
e-  
n-  
is,  
o-  
,  
a-  
it

332  
est præstabilius agere, quam pati, & benefi-  
cium dare, quam accipere. s. quia operosius  
& difficilius, adeoque pulchrius. Ideò mirum  
non est, si beneficis ardentiùs amet benefi-  
ciarium, quam ab eo redametur. Quod ingra-  
tissimo hoc seculo vel maximè verum esse depre-  
benditur, ubi rara beneficii accepti memoria &  
retributio rarissima.

THES. XXIII. CAP. IIX.

**A**MOR SUI (φιλαυγία) IN VIRO BONO NON  
EST OMNINO IMPROBANDUS.

*Expositus.*

Cùm amicus sit alteri amicus, querit Phi-  
losophus cap. 8. an etiam vir bonus posfit si-  
bi ipsi esse amicus, & in utramque partem  
ventilata quæstione, distinguit inter φιλαυγί-  
α bonam seu honestam, & malam seu inho-  
nestam. Turpis φιλαυγία est, quâ quis in  
omnibus appetitui & imaginationibus  
suis obtemperat, omnia ad vitâ, honores, o-  
pes & voluptates suas refert, alios præ se con-  
temnit, & multis propterea flagitiis fese ob-  
stringit, ut magna pars hominū, etiam qui se  
sapere multū suis persuasionib⁹ credūt, ho-  
diè ferè affolet. Talis φιλαυγία est sumē dete-  
stabilis & seminariū omnium dissensionū ac  
vitiorū. Illa verò est, quâ sui amator in omni-  
b⁹ recte rationi obtemperat, omnia ad ho-  
nestatem & utilitatē publicā referens, cū ju-  
sto

Ito sui ipsius testimio. Et hæc *Philosophia* est utilis, laudabilis ac boni viri propria, i. Quia studet sibi acquirere optima & præstantissima. 2. quia colit præstantissimam fui partem scil. mentem, eamque omnibus bonis exornare, ac inde communi hominum societati multum prodesse cupit. 3. quia ad verum decus ac laudem per actiones honestas anhe- lat. *Vid. supr. thes. 19.*

THES. XXIV.

CAP. IX.

**A**ffectiones amicitiae sunt 1. neceſſitas. 2. paucitas. 3. fidetitas. 4. convictus.

*Expositus.*

*Necessitas* inde elucessit, quia *beatus* licet sit *autopurus*, i.e. sibi sufficiens & omnibus accessoriis instrutus, licet ipsi etiam juxta *Euripidem* Deus omnia largiatur, tamen *opus etiam* habet amicis, *tum in prosperis, tum in adversis rebus* 1. quia *beatus* omnibus bonis abundat, at inter bona etiam sunt amici. Ergo. 2. quia debet habere, de quibus bene mereat- tur. 3 quia non potest exercere virtutes suas sine amicis. 4. quia aliás aut solitariè aut cum alienis vivere cogeretur, cùm sit *ζωόντας οὐκέτι* sive sociabile animal naturā. Licet igitur nō op̄ habeat quo ad amicitiam utilem

&

& jucundam: habet tamen opus, quoad honestam, propter operationem virtutis, quam in se ipso beatus exercere non potest.

## THES. XXV.

## CAP. X.

**P**AUCI, iidemque boni & candidi et ligendi sunt amici.

## Expositio.

Neque in amicitia imperfecta, v.g. utili, multi sunt amici constituendi, quia pluribus amicis elargiri damnosum, & pluribus inservire laboriosum est. Neque in jucunda, quia jucundis amicis paucis & raro, non secus ac cōdimentis in epulis, uti oportet. Multi enim amici pōtius tedium afferunt, quam volūptatem. Neque in perfecta seu honesta amicitia multi parandi amici, 1. quia summus amor, qualis in verā esse amicitia debet, inter plures esse nequit. 2. quia difficile est, se multis dedere & impertiri, cum his lātari, cum illis dolere. 3. quia uti sodalites, sic & amicitia inter paucos optimè instituitur. Unde, teste Cicerone, ex omnibus seculis vix tria aut quatuor paria verorum amicorum sunt reperta: v.g. Patroclus & Achilles; Theseus & Pirithous, Damon & Pythias, Pylades & Orestes, quibus addit Cicero Lelium & Scipio.

nem

nem, Virgilius *Aeneam* & *Achatem*, Scriptura sacr. *Davidem* & *Jonathanem* &c.

THE S. XXVI.

CAP. XI.

**M**aximè propria est amicitiae fidelitas.

*Exegesis.*

Opus quidem est amicis in utraque fortuna, in adversa quidem honestis & utilibus, in prospera verò jucundis: Sed nisi fideles sint & stabiles in utraque sorte, nomen amicorum non merentur. Horum verò quia ingens hoc ad simulandum ac dissimulandum facto seculo est penuria, cautè ac prudenter in amicis eligendis versandum, nullique temerè fidendum, nisi cum quo ex Veterum monito, salis modiū absumseris. Sunt enim multi recessus, multaque latebrae animi humani, juxta Ciceronem in Offie.

THE S. XXVII.

CAP. XII.

**C**onvictus seu conversatio in amicitia quoque requiritur.

*Exegesis.*

Quia 1. ex coniuetudine vitæ amicus maxime cognoscitur. 2. quia omnis societas postulat aliquam conversationem. 3. ex conversatione amici salus & incolumentas cognoscitur, quod amico gratissimum. 4. quia in

con-

conversatione possunt exercere studia ju-  
cunda & honesta, quib⁹ delectantur. In religi-  
tut v. conversatio cum bonis. Nam malorum  
vitanda est maximopere cōversatio, quippe  
quę corrumpit bonos mores. & est omnibus,  
maximè verò juventuti, pestilentissima, &  
summè exitiosa, juxta illud Theognidis.

Ἐθλῶν μὴ γάπ' ἐθλὰ μαθήσεαι, οὐδὲ κακοῖς  
ουμιχθῆς, διπλεῖς καὶ τὸν ἔοντα νόον.

## CONSECTARIA AXIO- MATA.

I. Amicitia ad Respublicas constituendas &  
conservandas opus est.

Siquidem Legumlatores majorem amici-  
tiae & concordiae inter cives curam habuisse vi-  
dentur, quam justitiae. Inter amicos enim uti nul-  
la sunt injuria, ita nec justitia optis est.

II. Amicitia præferenda est affinitati.

Ex hac enim, teste Cicerone in Lælio,  
benevolentia tolli potest, prout quotidiana loqui-  
tur experientia, ex illâ verò non. Alii tamen  
hic rectius distinguunt inter amicitiam in se &  
absolute, & eandem comparatè considerant.  
Hoc posteriori modo, quateng nim. cum sanguinis  
propinquitate conjuncta est, non est præferenda,

C

quia

quia affinitas tunc cum amicitia est ; & sic bonum bono additum facit illud præstantius.

III. Vera & perfecta amicitia hodiè est  
rarissima.

*Quia à viris bonis colitur propter virtutem. Exiguum verò horum esse numerum jam olim Virgilius questus est:*

*Vir bonus & sapiens, qualem vix repperit  
unum*

*Millibus ex multis hominum consultus  
Apollo,*

*Plerique cum vulgo amicitias utilitate probant,  
juxta Ovid. lib. 2. Eleg. 3. de Ponto : Turpe  
quidem dictu; &c. Deinde quia longo opus  
est tempore, ut amici fides exploretur. Hinc Ci-  
cero in Læl. multos, inquit, salis modios simul e-  
dendos esse, ut amici munus expletum sit. Ergò  
in parandis novis amicis prudenter, in servandis  
pristinis constanter agendū. Plutarch in Lucull.  
& Apophtheg. Manil. l. 8. I.B. Schuppius.  
Tract. Germ.*

IV. Amicitia cum absentibus quoque  
coli potest.

*Potest, sed non æquè commode ; ac cum  
iræsentibus : facilius quoque dissolvitur per  
ἀπταινει την ἀπρονεοπιαν. Adest igitur habi-  
tus amicitiae inter absentes, sed non actus, quem  
superaddit conversatio.*

V.A.Ma-

V. A Magnatibus colitur imperfecta  
amicitia.

*Quia eorum amici vel sunt faceti & moriones  
vel sunt industria & utiles, cū neutrīs principes  
verā colūt amicitiā. Hinc imperiis ac potestatib⁹  
florentes Lucanus l.i. negat veros habere amicos:*

Nulla fides regni sociis, omnisque po-  
testas

Impatiens consortis erit.

VI. Amicorum dissensiones sunt o-  
mnium gravissimæ.

Piccolomineus grad. 7. c. 21. hanc allegat  
rationem, quia à quibus juvari se beneficio opor-  
tere existimant, quosque judicant teneri id pre-  
stare, ab eis tum laedi, tum beneficio privari æger-  
rimè ferunt, summoperè in dignantes, in amore  
mutuo sibi non responderi. Scalig, Exerc. 3.  
sect. 2. ita causatur: *Quia amicus ab amico  
essentiae suæ habet complementum, quo is, qui ab  
amicitia desilit, eundem defraudat. Jure igitur  
tali magis succenset, quam peregrino vele extraneo  
alicui, a quo isto complemento non fuit defrauda-  
tus.*

VII. Inter inæquales difficile est coli  
veram amicitiam,

*Nisi inferior dignitate, potentia, & autho-  
ritate superiore meò majore amore, honore, obser-  
van-*

vantia, cœterisq; officiis prosequatur. Nunqñā  
verò amicitia firma iniri inter aequales potest si  
inferior superiori per omnia esse aequalis, iisdemq;  
juribus, auctoritate, commodis etc. frui affectat.  
**Nihil autem magis dissolvit amicitiam, quam**  
**ambitio & lucri cupiditas, ut & contentio de**  
**præstantia & dignitate.** Arist. lib. 8 cap. 14.  
Eth. Nic. E contrastabilis est amicitia: quando  
amici se mutuo amant καὶ ἀγαπῶν, i.e. pro cu-  
jusque merito & dignitate.

## IIX. Verus amicus in adversis maxime exploratur.

Scilicet ut fulvum spectatur in ignibus au-  
rum,

Tempore sic duro est conspicienda fi-  
des.

Donec eris felix, multos numerabis ami-  
cos,

Tempora si fuerint nubila, solus eris.

*Verè olim Sulmonensis cecinit Vates. Hinc  
Germani nostri:*

Gute Freunde in der Noth/  
Gehen XXIV. auff ein Loth/  
Sols denn ein harter Stand sehn.  
Gehen L. auff ein Quintlein.

IX.A-

**IX. Amicitia inter pocula contra&ta raro  
est vera & firma.**

*Quia 1. oritur ex voluptate & animi im-  
potentia, ob abundantiam Bacchi & Cereris. 2.  
inter non satis notos & spectatos. 3. Vitreacum sit,  
facile frangitur, & brevi in inimicitiam con-  
vertitur.*

**X. Inter diversæ religionis homines raro  
vera est amicitia.**

*Quia 1. amoris sinceri fundamento, fide ac  
religione discrepant. 2. paucissima talium since-  
rè amicorum exempla prostant. 3. autoritate  
D. Hieronymi, in cap. 10. Matth. Nullus, di-  
centis, fidus eorum affectus est, quorum di-  
versa est fides. Licet politicam ad tempus ser-  
vare possint cōversationē candidā, quod cuiusvis  
boni viri est officiū. Vid. Meisn. Phil. sobr. part. i.*

**XI. Ante amicitiam judicandum, post eam  
credendum est.**

*Quia oportet diu multumque explorasse  
virimores, qui cum inire amicitiam velis: Arist.  
lib. 8. Eth. c. 3 & Cicero in Lelio. Hinc Veteres:  
Neminem Tibi amicum junxeris, nisi prius  
salis modium cum ipso absumeris. Ergo vide,  
cui fidas! Ubique vero contraxisti amicitiam, since-  
rè serva & fidem habe amico, ita tamen ut mo-  
reas decenter monendum.*

XII. Amici veri non sunt fures temporis.

*Quia cum talibus, quippe virtutis studiosis  
conversantes, semper meliores & doctiores disce-  
dimus, à quibus jactura illa temporis exigua lar-  
giore fœnore compensatur. Aliter res habet cum  
ollaribus istis & culinariis amicis, qui cupedias  
& quadras tantum captantes, bonas horas char-  
sis, fritillo, vel alea aut compotatiunculis male  
collocando, tempus furantur amicis. A quorum  
nimia familiaritate propterea est abstinentium.*

Excitatissimi & ad quavis prompti ingenii  
RESPONDENTI, ad Majorum suorum  
gloriam anhelanti,  
*prosperos successus!*

**I**L lud amicitiae quondam venerabile 'no-  
men

Prostat, & in pretio pro meretrice sedet.  
Diligitur nemo, nisi cui fortuna secunda est,

Et cum fortuna statque caditque fides.

Cū sors cœca viros ac invida fata lâcessunt,

Nullus ad amissas tendit amicus opes.

Truditur ille foras, qui non conductit, amicus,

Quilibet & mores utilitate probat.

Pamphilus obsequio multos sibi jungit amicos,

Veriloqui sed non sunt in amore Viri.

Heu! quam rara fides nostro reperitur in ævo,

Quam raro Pylada fidus Orestes adest.

Trudi-

*Truditur ille foras, qui candid<sup>o</sup> omnia prestat,  
Huic sed habetur honor, qui simulare potest.*

*Hi secl<sup>i</sup> mores mori, quos improbat usque  
Magnus Aristoteles, ceu meletema docet.  
Candorem STISSERE adama, lectare fidemq;  
Sic & Majorum perge referre decus.  
Utere quin animi donis fortisque decenter,  
Sic Charisi ac Themidi dulcis amicus eris.*

*discipulo suo charissimo ταργυμαδ<sup>o</sup>  
voveb.*

### PRÆSES.

---

*Sen. Ep. 36. Turpis & ridiculares est ele-  
mentarius senex. Juveni parandum,  
seni utendum.*

*ΠροσΦωνης votiva ad eximum Dn. RE-  
SPONDENTEM.*

**A**rtibus his pulchris, quarum tibi maxima  
cura est,  
Pectora mollescunt, asperitasque fugit.  
Nam qui mente pia cupidè complectitur illas,  
Fit probus, & ruditas hinc procul omnis abit.  
Hic simul & veros facile dignoscit amicos,  
Si pergit doctos evoluisse libros,  
Sic porrò passiva decent activaque vitam,  
Mi STISSERE, tuam, quam prius usq;<sub>3</sub> colis:

*Ut*

343

Ut facias facienda, pati patiendaque disca  
Et noscas, verè quis sit amicus amans.

AUT<sup>o</sup>X<sup>o</sup>d.

JOHANN. HALTMEIERUS.

F Ortiter ille facit, fortis qui trudit acerba  
Scommata, queis possit fid<sup>o</sup> amicus agi.  
Quique simultatem depectore fortiter arcet,  
Damonis ingenui nomen & omen habens.  
Hoc STISSERE doces: Serves, sis fid<sup>o</sup> amicus,  
Candidus & constans: alter Qrestes eris,

f

ANDREAS WILHELM Osani.

Sen. Subsilire in cœlum ex angulo licet.

Q Vorū animos ornat nivei cādoris imago,  
Quique bona vita, moribus atque pares:  
Hos nunquam regio, locus hos non dividit ullus;  
Sed fidi absentes pectoris unitamor.

Sed quos utilitas junxit, brevis atq<sup>z</sup> voluptas,  
Hos sors equafugat, dissociatq<sup>z</sup> simul.

Hasce duas spectes semper postpone priori,  
Quæ sola est dulcis, cūm sit honesta simul.  
Sic Tu a processus habeant conamina faustos,  
Incidat & vitæ nulla querela Tuæ.

amica manu

f.

FRIDERICUS GUILLEMUS CRUL-  
LIUS Parthenopolitanus Saxo.

65604

Mölln mit Noten


**ULB Halle**  
007 397 542


3



VD 19







Fortunante *CHRISTO!*  
CITATIONUM ETHICARUM  
Ad Lib. IX. & IX. Ethic.  
Nicom. Arist.

*DECIMA*  
DE  
**MICITIA,**

quam  
PRÆSIDÈ  
LIDERICO CAH-  
NO, M. & P.L.C. Gymnas. Hall,  
rectore fidelissimo, Præceptore suo  
optimè merito,

*pro virili defendet*

D.XVI. Febr. A.O.R. clc cIc LIX.  
H. Lq; S.

**HANNES CHILIANUS**  
**STISSERUS,**  
*Halâ Saxo.*

IENÆ  
Prælo SENGENWALDIANO.